
# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 14 [heute: New York, The Morgan Library & Museum, MS M. 855]

, 21.





Cod. XIV. olim 1. 2. 1.

Membran. Fol.

Elegantissime scriptus, uti videtur Sec. 14. Continet

Calendarium Benedictinum.

1. Calendarium Benedictinum, ad exemplar Calendarii Mosacensis II^di concinnatum. Confer Frid. Altmannum de Calendariis pag 189. item pag. 92. ubi ait, hoc Calendarium Mosac. II. duodecimo vel ineunte tertio decimo Seculo descriptum fuisse. Caeterum nullum occurrit festum Sancti ea ord. Prodit. vel Minorum; nec commemoratio Sid. dilectorum; et V. id. May legitur: Udalschalci fundat. nri, quod ultimum manum contra tris nostri prodit.

Antiphonarius.

2.


Antiphonarium S. Gregorii per circulum ani, cum notis musicis, eodem modo et ordine, quo editus est a Pamelio (a) usque ad dominicam 23. post Pentecosten. Huic subjunguntur alii Antiphonarii: quos Pamelius non habet: nempe, de Apostolis, de Martyribus, de uno Martyre, de Confessoribus, de virginibus, de B. M. V. Post sequuntur iteratis vicibus verosimiliter pro diversitate cantus Kyrie eleison, gloria et credo, tum Missa de venerabili sacramento, hymni Missarum seu Sequentia et prefationes.

(a) Liturgici latini T. 2. p. 62.

Antiphonarius liber dicitur, qui Antiphonas: Missarum introitus: gradualia, et responsoria continet. Appellatur etiam a Graduali Graduale, a responsoriarius, troparius vero, qui continet tropos, id est, cantus. Ediderunt illum Gussanvillaeus, Pamelio. Cudinus Tom. I. Sect. VI. col. 1536. cum inter apocrypha rejecit, adscribens cuidam monacho S. Dionysii Sec. XI. v. Sequentis; at Patres Mauriani in edit. opp. S. Gregorii T. 3. huic tanquam collectori vindicarunt. Nota musica maxime sunt similes iis, quas ex Cod. MS. Seculi circiter XIV. exhibet Gerbertus de Musica Sacra T. 2. p. 62. Tab. XVII.

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 14 [heute: New York, The Morgan Library & Museum, MS M. 855]

, 22.



22. Cod. XIV. n. 3. Cod. XV.

Sacramentarius.

3.

Sacramentarium, seu librum Sacramentorum S. Gregorii. Continet Collectas, seu orationes Missarum, Epistolas, unde etiam Epistolarius dicitur. Prelo submiserunt Gusanvillous, Menardus, et novissime Patres Mauriani opp. S. Greg. T. 3.

Digna quoque est quae legatur, prefatio ad novam editionem Operum Thomasii Cardinalis, curante Vezzosio, Roma, 1750. Tomo 5.

Cod. XV. deest

Membran. Fol. Saec. 14.

4 Evangelia.

1.
2.2.

Eadem qua prior elegantia exaratus. Comprehendit 4 Evangelia latina vulgata versionis; capitum autem divisio alia, versuum plane nulla. Reliqua facies hod: Folio primo incipiunt capitula lectionum Evangelii, seu index partium earum, quae quovis festo per annum in Ecclesia leguntur, alias etiam dictus Capitulare Evangeliorum; haec 18 folia complent. – Folio sequenti: Incipit prologus nempe S. Hieronymi in Comentar: Super Matth. Plures fuisse, qui Evangelia scripserunt sed mutilatus; finitur enim verbis: quam ecclesiasticis vivis canendas. Vid. Martianay opp. S. Hier. Paris. T. 4. – Folio 2i legitur: Singulis Evangelis ab uno incipiens, quod fragmentum est Prefationis mox sequentis. Nam pagina aversa incipit S. Hieronymi nota Prefatio in 4 Evangelistas ad Damasum Papam: Novum opus me / facere, quod a scriptore amissum: / cogis ex veteri; verum et hanc cum precedenti fragmento truncare placuit scriptori. – Alter istam excipit Prologus Super Matthaeum: "Matthaeus ex judaea, sicut "in ordine primus ponitur", cujus auctor ab Eruditis ignoratur. Editus est a Martianaeo ante Evangelium Matthaei secundum Versionem Italicam sine indicio

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 14 [heute: New York, The Morgan Library & Museum, MS M. 85

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27389